



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1656

§. 60. Et biberunt ex eo omnes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

36 PASSIO DOMINI N. SECUNDI M. MARCIUS.
illa emendationis proposito honorem semper, quo amorem tuus & donum
reatur & poscent honorari.

§. 59. Dedit eis. v. 25.

Decorum est, ut Conivæ de Principiis in mensa nutu haustum acci-
piant nec ante. Id eleganter in ipsa Regis Regum maximi mensa letuatum
video: & yniuersitate etiamnum seruat Ecclesia Catholica, quæ in refectio-
nacra, Calicem non rapit, non poseit vii ruflici Hussitæ, & Lutheranæ
Calvinistæ male morati homines, sed bene morati Catholici expectant
donec Dominus Christus Pater noster, & sponsa eius Mater nostra Ecd-
lesia offerant, pessime igitur morati sunt nostri ultraquæ, qui non dant
calicem à Domino, rapiunt ipsis, & bibunt..

ODens qui & factis & doctrinis nos erudisti mirabiliter, da mihi
nam & mores sanctos in humilitate cordis, ne in tua Ecclesia aliquod
tentem habere dignitatis vel iuris, quod tu non dederis. Non queram
aliunde ascendere, sed per te ostium, solum intrare, aperiens mihi os-
tio. Vicario tuo in terris, qui claudit & non est qui aperiatur illa claudens.
Ita fiat Domine, fiat.

§. 60. Et biberunt ex eo omnes..

Quidam Catholicorum opinantur hoc loco Evangelistam nostram
licet hic dicat: *biberunt ex eo omnes*, antequam recenseret verba consecratio-
nis, nolle dicere quod ante consecrationem calicis biberint sed dicunt vo-
hille, præueniendo consecrationem, confirmare quod postmodum si-
stum est, omnes scilicet quotquot erant in mensa cum Domino biberent post
consecrationem. (etiam Dominum Iesum Christum, euam ipsum ludam
prodigem) Secuti Matthæus ante consecrationem calicis referit Christum
glossile: Bibite ex hoc omnes. Alij vero aduersi usurpiantes idem verbum
usurpant, ostendentes probabilitur. Apostolos bibisse omnes, sed non con-
secratum, quomodo omnes communicati bibunt ablutionis calicem, &
elidunt furilia & fruola argumenta. Hæreticorum de eo quod omnes debent
bibere. Quicquid autem horum sit, Ecclesiæ iudicio, Dominus adhortati vo-
luit omnes ut attenderent ad ea agenda quæ ipsorum munera essent, &
quæ eis præciperenetur vel bono modo permitterentur, & id ego conabo
imitari.

OFons indeficiens, quis mihi dabit de illo calice obedientiæ tibi debi-
tae, ut de cisterna Bethlehem, quotidie purgari, lauari & ornari. Tu
Domine qui dixisti cibus meus est ut faciam voluntatem eius qui misit me
Patis,

Patris, dā m̄bi hanc aquam, & panem obedientie prius bene sumere, tunc dignus officia sumere super cælestē.

§. 6. Et ait illū: Hic est sanguis meus Noui testamenti qui pro multis effundetur: v. 24.

Hoc verbum siue de calice illo ex quo biberant antea omnes & Christus iam receperat, siue de eo ex quo bibituri essent, intelligatur, certe de costento in calice intelligitur in re Cœlo, vt philosophi loquuntur. Hic est sanguis non vitulorum aut hircorum, non alienus sed meus, non veteris sed noui testamenti: vnde Paulus ad Heb. 9. Christus assistens Pontifex futurum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manus factam: id est non huīus creationis, neque per sanguinem hircorum aut vitulorum: sed per propriū sanguinem introuit semel in sancta eterna redēptione inuenta. Vitulorum enim sanguis & hircorum matpersus erat propitiatorius tantū, Cœterinalis, vacuus & inefficax, Christi autem hic sanguis plane delet & auffert peccata mundi: Hic sanguis non est sanguis ille re ipsa qui in veteri testamento spargebatur, sed significatione erat idem. Nam sanguis meus Noui Tēstamenti revera ad salutem populōrum datur; quem sanguis Veteris Tēstamenti olim dandum p̄figurabat. Est itaque h̄c exhibitum, quod olim p̄figuratum est tot effusionib⁹, nempe unicus matris meæ, videlicet integerim Virginis filius, sanguinem meum in Cruce pro redēptione hominum fusurus, & ut eum nū cpro humani generis liberazione dabo, ita eum etiam ex nunc in altari pro hominib⁹ offerendum ad consummationem lœculi tradō; pro purgatione illorū qui eum admittere volent & suscipient: quoniam ut caro mea in incontaminato vreto Mariæ Matri meæ orra est, & postea pro salute hominū tradenda fuit; ita etiam & nunc caro mea in incori p̄ a integritate Ecclesiae augmentata ad sanctificationem fideliū datur: quia sicut faber aurum suum per ignem modo liquefaciens unit & modo unitum dividit, ita etiam & ego carnem & sanguinem meum per sanctificationem spiritus sancti in oblatione nunc glorifico, & nunc glorificatum fideli⁹ vobis ad salutem distribuo.

O Infinita bonitas agnoscō hic & amplector, grato animo hanc infinitam charitatem tuam erga me electosque omnes seu fideles, qua parasti nobis mentam pretiosi corporis & sanguinis tui aduersus omnes qui tribulant nos; & gratias ago pro vniuersis beneficijs mihi illisque collatis ac conferendis in æternū. Agnoscō & detestor ingratitudinem meam tantam erga te atque ex animo doleo. Tu ingrato & inutili seruo tuo, ignosc, obsecro omnia peccata mea Deus meus, spes mea, amor meus & omnia.

E . 3

Quid